



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.23. Capitulare Theodulfi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæcul. VIII.
A. C. 785.

§. XXIII.

Capitulare Theodulfi.

*Lib. III.
Carm. 4.
v. Coint. 781.
n. 126 Id. an.
786. n. 64.*

*Id. an. 786.
n. 64.*

*to. 7. Conc.
p. 1. 36.*

c. 1.

c. 2.

Præ ceteris Episcopis in Gallia illa ætate celebrabatur Theodulfus Aurelianensis ultra Alpes nobili familia natus; nomen enim de Gente Longobardorum fuisse indicare videtur. In Matrimonio fuerat, liberosque genuerat, quos inter filia ejus, nomine Gisela, nota est. Cum viri Doctrina, ingeniumque Carolo Regi gratum reddidissent, eundem ex Italia adduxit, verisimiliter in illo itinere, quod anno septingentesimo octogesimo primo susceperat, deditque Abbatiam Floriacensem & Episcopatum Aurelianensem, quem anno circiter septingentesimo octogesimo sexto adiit. Nam utrumque Beneficium simul habuit. Is Capitulare seu Epistolam Dogmaticam ad edocendos Presbyteros suos edidit, quæ quadraginta sex Articulis constans, Disciplinæ illius ætatis pretiosum est monumentum. In exordio hortatur, ut circa subditam sibi plebem vigilantissima cura laborent (inde cognoscimus hos Presbyteros fuisse Parochos) & semper memores sint suæ Dignitatis, suæ Consecrationis, & Sacræ quam in manibus susceperunt unctionis. Hortatur etiam ut assidue legant, aut orent, vult ut quando ab oratione cessatur manuum operatio

tio subsequatur, corpus macerent, & sic Sæcul. VIII.
 propriis, pauperumque necessitatibus A. C. 785.
 subveniant. Subjungit: *Quando more*
solito ad Synodum convenitis, vestimenta
& libros, & Vasa sacra, cum quibus ve-
strum Ministerium peragitis, afferte, nec
non duos tresve Clericos, qui vobis Sacris
operantibus ministrent, adducite, ut pro-
betur quam diligenter, quam studiose Dei
servitium adornetur.

c. 3.

Panes, quos Deo in Sacrificium offer-
tis, aut a vobis ipsis, aut a vestris pueris,
coram vobis præparentur, & diligenter
observetur, ut panis & vinum & aqua,
sine quibus Missæ nequeunt celebrari, ni-
tide & mundissime tractentur. Fæminæ
Sacerdote Missam celebrante nequaquam
ad Altare accedant, sed locis suis stent,
& ibi Sacerdos earum oblationes accipiat.
Res sacras non contingant, imo nec viri
laici. Sacerdos Missam solus nequaquam
celebret; esse enim debent, qui eum cir-
cumstent, quos ille salutet, & a quibus
ei respondeatur. Ad memoriam redu-
cendum, quod dixerit Dominus: Ubicun-
que fuerint duo vel tres in Nomine meo
congregati, ero in medio eorum. Vide-
mus crebro in Ecclesiis messes & fæ-
num congeri; unde volumus, ut nihil in
Ecclesia præter vestimenta Ecclesiastica,
Vasa Sancta, & Libros recondatur.

c. 5.

c. 6.

c. 7.

Matt. 18. 20.

c. 8.

Anti-

Sæcul. VIII.

A. C. 785.

c. 9.

Capitulare
Theodulfi.

c. 10.

c. 11.

c. 12.

c. 13.

c. 14.

c. 16.

c. 17.

Antiquus in his Regionibus mortuos in Ecclesia sepeliendi mos fuit, ita ut ex Ecclesiis Cæmeteria fiant; unde præcipimus, ut nemo in Ecclesia sepeliatur, nisi forte sit Sacerdos, aut qui singulari pietate talem locum meritus fuerit. Corpora vero, quæ antiquitus in Ecclesia sepulta sunt, non projiciantur, sed tumuli, qui apparent, profundius in terram mittantur, & pavimento desuper facto nullum vestigium supersit. Ubi vero tanta est multitudo cadaverum, ut hoc facere difficile sit, locus ille pro Cæmeterio habeatur ablato inde Altari & in loco puro constructo. Non debetis ad Ecclesiam ob aliam causam convenire nisi ad laudandum Dominum; Disceptationes autem & tumultus & vaniloquia a loco Sancto penitus prohibenda. Missarum solemnia nullibi nisi in Ecclesia celebranda sunt. Presbyteri autem Laici Vasa Sacra ad usum profanum nunquam adhibeant.

Nulla fœmina cum Presbytero in una domo habitet. Presbyteri ad tabernas non eant ad bibendum vel comedendum, neque cum fœminis, nisi Paterfamilias in domum suam vos invitaverit. Nullus Presbyter Fidelibus de alterius Parochia persuadeat, ut ad suam Ecclesiam concurrant, & suas Decimas sibi dent; nec inbriet alterius Ecclesiæ, aut datis domis eam sibi conferri efflagitet. Quisquis autem

autem contra hæc Constituta fecerit, aut Sæcul. VIII.
 Gradum se sciat amissurum, aut in car- A.C. 785.
 cere longo tempore retinendum. Si par-
 vulus ægrotans ad quemlibet Presbyte-
 rum Baptismi gratia de cujuslibet paro-
 chia allatus fuerit, ei Baptismi Sacra-
 mentum nullo modo negetur.

Ergo parvuli etiam in casu necessi-
 tatis ad Ecclesiam baptizandi defere-
 bantur.

Theodulfus prosequitur in hunc mo-
 dum: Si quis ex Presbyteris voluerit
 nepotem suum aut aliquem Consangui-
 neum ad scholam mittere, in Ecclesia S.
 Crucis, aut in Monasterio S. Aniani aut
 S. Benedicti aut S. Lifardi, aut in cæ-
 teris de his Cænobiis, quæ nobis ad re-
 gendum concessa sunt, ei licentiam id fa-
 ciendi damus. Ad S. Crucem erat Ec-
 clesia Cathedralis sicut hodieque est, ad
 Sanctum Anianum Aurelianensem & S.
 Lifardum (*) Medunensem jam tunc Ca-
 nonici habitabant, ad S. Benedictum ve-
 ro seu Floriaci Monachi erant, atque his
 tribus Monasteriis Theodulfus Abbas
 præ-

c. 19.

Coint. an. 86.
n. 85.

(*) Hic prima vice Fleurius alicujus Con-
 gregationis Canonorum a Monachis distincto-
 rum mentionem facit. Diversæ fuisse videntur,
 quod Congregationibus Clericorum Regula-
 rium seu Canonorum non nisi Presbyteri ad-
 scriberentur.

Sæcul. VIII. præfuit. Porro: *Presbyteri per villas*
 A. C. 785. *& vicos Scholas habeant, commendatos*
 §. 20. *sibi parvulos summa Charitate doceant, &*
nihil pretii pro hac re exigant a pa-
rentibus, nisi quod sua voluntate obtu-
lerint.

Deinde Theodulfus affert compen-
 dium Doctrinæ Moralis Christianæ ex
 Regula S. Benedicti excerptum, quod
 Reg. c. 4. vocat, Instrumenta Bonorum Operum.
 c. 22. Præcipit, ut omnes Fideles Orationem
 Dominicam & Symbolum memoriter dis-
 cant, tanquam omne Fidei Christianæ
 fundamentum.

§. 23. 29. Dicendum Fidelibus, ut singulis die-
 bus saltem duabus vicibus mane scilicet
 & vespere Symbolum & Orationem
 Dominicam recitent, cum quibusdam a-
 liis precibus brevibus, quas præscribit.
 Qui possunt, in Basilica orent, qui non
 possunt, in itinere in silvis, in agris orent.
 Sancti quoque invocandi sunt, Apostoli
 & Martyres, ut pro nobis ad Majesta-
 tem Divinam intercedere dignentur. In
 diebus Dominicis præter Orationes &
 Missarum solemnia & ea quæ ad vescen-
 dum pertinent nihil aliud fiat. Nam et-
 si necessitas fuerit navigandi aut iter fa-
 ciendi, Orationes tamen & Missa non
 prætermittantur. Sabbato Fideles ad
 Vesperas veniant, deinde ad Vigiliis &
 Matutinum Officium. Tum ad Missam
 cum

Canones
 Theodulfi
 Aurelia-
 nensis.

c. 24.

§. 45. 46.

Oblationibus occurrant. Dandæ sunt eleemosynæ, & in Dei Laudibus cum amicis epulandum. Illorum abusus reformatus, qui in Diebus Dominicis vel quibuslibet Festivitatibus mox ubi Missæ interfuerint, etiamsi pro Defunctis sit, abscedunt, ut per totum diem ebrietati & commestationi potius quam Deo deserviant. Nemo ante publicum peractum Officium ad cibum accedat, & ne populus a Missarum solemnibus hora tertia celebrandis abstrahatur, Sacerdotes, qui privatas Missas celebrant, maturius & secreto id faciant. Sacerdotes qui in Urbe & in circuitu sunt cum populo in Ecclesia Cathedrali publicæ Missarum celebrationi intersint, exceptis Deo sacratis foeminis, quibus mos est ad publicum non egredi, sed claustris Monasterii contineri. Ergo adhucdum consuetudo vigeat Die Dominica in magnis urbibus unicum Officium celebrandi.

Admonendus est populus, quæ sit vera Charitas, ne in operibus exterioribus sistat. Quilibet sibi ipsi opera misericordiæ spiritualiter exhibeat, sicut ea corporaliter in proximum exercet. Hospitalitas ita commendatur, ut exinde credi possit, nulla tunc temporis extitisse Hospitia publica; quippe in humanitatis regulas peccare dicuntur, qui hospites gratis non recipiunt. Omni die

Hist. Ecclesiast. Tom. X. E e in

Sæcul. VIII.
A.C. 785.

c. 34.

c. 32.

c. 25.

c. 30.

Sæcul. VIII. in Oratione nostra Deo confiteri debe-
 A. C. 785. mus peccata nostra, & recitandus est

Pœnitentiæ Psalmus quinquagesimus, sive vigesimus
 modus quartus vel trigessimus nonus aliique con-
 Sæculo VIII. grui ad obtinendam remissionem. Con-

- c. 31. fessio, quam Sacerdotibus facimus, hoc
 nobis adminiculum affert, quod accipia-
 mus ab eis consilia & pœnitentiam. Imo
 & de cogitationibus faciamus Confessio-
 nem, & de omnibus peccatis nostris.
 Ex his ultimis verbis Confessionis ne-
 cessitas demonstratur. Pœnitentiæ pu-
 blicæ usus illa ætate adhucdum vige-
 bat, dicitque, Theodulfus, eandem esse in-
 jungendam pro perjurio vel falso testi-
 monio, ac pro adulterio, pro fornicatio-
 ne, pro homicidio, aliisque criminibus,
 scilicet pœnitentiam septem annorum.
 Qui vero ejusmodi criminum reus est,
 & pœnitentiæ rigorem pertimescens non
 confitetur, ex Ecclesia & Communione
 Fidelium ejiciatur, nemo cum ipso oret,
 manducet, bibat aut in domum reci-
 piat.

- c. 36. Hebdomada una ante initium Qua-
 dragessimæ Fideles Presbyteris confiteri
 oportet, & pœnitentiam accipere. Dis-
 cordantes reconciliandi, & omnia jura
 sedanda. Et sic ingredienti in Beata
 Quadragesimæ tempus puris menti-
 bus & per pœnitentiam renovatis ad S.
 c. 37. Pascha pervenient. Jejunium autem
 Qua-

Quadragesimæ singulis diebus, exceptis Sæcul. VIII.
 Dominicis, observetur; quia alia jejunia A. C. 785.
 devotionis sunt, istud vero præcepti.

Ægrotantes solum & infantes eximuntur. Diebus jejunii pauperibus erogandus est cibus vel potus, quo quisque usus fuisset, si non jejunaret. Plures putant, se jejunasse, si mox ut signum audiunt ad Nonam manducant, sed jejunare non credendi sunt, si ante manducaverint, quam vespertinum celebretur Officium. Veniendum est ad Missam, & finitis Vesperis ad cibum accedendum est. Si quis ad Missam convenire non valeat, oret, &, cum astimaverit esse horam vespertinam, comedat. In his vero diebus omnium deliciarum abstinencia esse debet. Qui ovis, caseo, piscibus, vino abstinere potest, magnæ virtutis est. Qui autem his infirmitate interveniente, aut quolibet opere, abstinere non potest, saltem usque ad vespertinum jejunet. Sed a caseo, lacte, butyro & ovis abstinere, & non jejunare dementissimum est. In his sacratissimis diebus conjuges se contineant, quia pœne nihil valet jejunium, quod conjugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliæ & eleemosynæ non commendant. In his jejuniorum diebus nullæ lites, nullæ contentiones sint.

c. 38.

c. 40.

c. 43.

c. 42.

Sæcul. VIII.

A. C. 785.

c. 41.

Sacra Commu-
nio.

Singulis diebus Dominicis in Quadagesima, præter hos, qui excommunicati sunt, Sacramenta Corporis & Sanguinis Christi sumenda sunt; & in Cœna Domini, & in Parasceve, in Vigilia Paschæ, & in die Resurrectionis Domini penitus ab omnibus communicandum. Et ipsi dies Paschalis Hebdomadæ æquali Religione colendi sunt. Notari meretur, quod Parasceve & Sabbatum Sanctum illis diebus, in quibus ab omnibus communicandum, accenseantur.

c. 44.

Populus, priusquam accedat ad Sacrosanctum Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini, maxima diligentia se præparet. Coniuges aliquamdiu ab opere abstineant, cuncti a vitiis se purgent, eleemosynis & orationibus insistant. Quia sicut periculosum est, impurum quemque accedere, ita etiam periculosum est a Sacramento prolixo tempore abstinere, iis exceptis, qui excommunicati sunt; hi enim non quando libet, sed præscriptis sibi temporibus communicant, & illis piissimis hominibus, qui singulis ferme diebus accedunt. Excommunicatio ista, qua innodatis non nunquam Sacra Communio præbebatur, non erat excommunicatio cum anathemate, sed similis illi excommunicationi, de qua in Regula S. Benedicti fit mentio.

§. XXIV.